Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



ysa

Quis credidit auditui nro et brachiu dni cui revelata est
Et ascendet sicut virgulta coram eo et sicut radix de tra sita
ena Non est species ei nec decor et vidimus eu et no erat
aspectus et desiderabilis eu despectu et ultimu virorum Virum do
lorum et scientem infirmitate et qui abscondit vultus eius et despectus
unde nec reputavimus eu Vere languores nros ipse tulit et dolo
res nros ipse portavit et nos putavimus eu quasi leprosu et percus
sum a deo et humiliatu Ipse autem vulneratus est propter iniquitates
nras attritus est propter scelera nra Disciplina pacis nre super eu
et livore eius sanati sumus Omes nos quasi oves erravimus unus
quisque in viam suam declinavit et dns posuit in eo iniquitates omnium nrm
Oblatus est quia ipse voluit et no aperuit os suu Sicut ovis ad
occisionem ductus est et quasi agnus coram tondente se obmutescet et
no aperiet os suu De angustia et de iudicio sublatus est generationem
eius quis enarrabit quia abscisus est de terra viventium
propter scelus populi mei percussi eu et dabit impios pro sepultura et
divites pro morte sua eo quia iniquitatem no fecerit neque dolus fuit
in ore eius et dns voluit conterere eu in infirmitate Si posuerit
pro peccato animam suam videbit semen longevum et voluntas dni in
manu eius dirigetur Pro eo quia laboravit anima eius videbit et satu
rabitur In scientia sua iustificabit ipse iustus servus meus multos
et iniquitates eorum ipse portabit Ideo dispiciam ei plurimos
et fortium dividet spolia pro eo quia tradidit in morte animam suam et cum
sceleratis reputatus est et ipse peccata multorum tulit et pro
transgressoribus rogavit Sequitur cap. lim. LIIII

Lauda sterilis que non paris decanta laude et hymni
que non parebas dicit dns Quia multa filii deserte magis
quam eius que habebat virum dicit dns Dilata loci tentorii tui
et pelles tabernaculorum eorum extende ne parcas Longos
fac funiculos tuos et clavos tuos consolida Ad dexteram enim
et ad levam penetrabis et semen tuum gentes hereditabit et civita
tes desertas inhabitabit Noli timere quia non confunderis neque
erubescas non enim te pudebit quia confusiones adolescentie